



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

101. An clerici transgressores legum possint puniri à iudice laico pœna pecuniaria à lege constituta? Et an si minister laicus auferret annonam, quia Clericus contra legem latam asportaret extra ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

RESOL. C.

An index laicus, siue eius minister inueniens Ecclesiasticos exportantes pecuniam, frumentum, & equos, &c. à Regno contra legem possit talia auferre sine fractione libertatis Ecclesiastica, & timore excommunicationis?

Et obseruatur Clericos etiam à iudicibus Ecclesiasticis non esse puniendos poena legibus civilibus constituta, etiam si cum eorum statu non pugnet. Ex part. 1. tr. 2. Ref. 16. alias 15.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt. & infra in Ref. 117. §. Vnde. in fin. & in Ref. fol. 214. §. Secundo inferitur. & supra in Ref. 99. §. 1. inter modum, & finem, à veris. Igitur ex his.

§. 1. **P**ossè in tali casu laicos ministros illas res auferre docet Ioan. de Hevia in *Curia Philippica*, p. 3. §. 3. num. 11. Bobadilla in *Polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. num. 117.* vbi sic ait: Si algunos Prelados, ò Clerigos facassen destos Reynos moneda, podran los corregidores tomarla, y por la misma razon otras qualquier cosas vedadas, assi por leyes como por ordenanças como seria tambien el pan, ò vino, ò otras virtuallas, que facan fuera de la jurisdiccion, que se perden ipso facto, y caen en comisso, bien assi como à los Clerigos se les toman, y quitan las armas por la paz, y quietud comun, assi tambien estas cosas que son vedadas por el bien vniuersal de Clericos, y legos. Ita Bobadilla. Sed contra illum merito insurgit noster Megal. in 3. p. lib. 3. c. 11. n. 36. Et ratio est, quia Clerici non possunt comprehendere sub tali statuto, & ordinatione, vt communiter docent DD. & præsertim Alzet. de censur. tom. 1. disp. 16. lib. 5. in fin. Bartholom. à S. Fausto in *speculo Confess. disp. 3. q. 20.* Valer. in *differentiis vtriusque fori, vers. Clericus, differ. 3. n. 4.* & Azor p. 3. lib. 5. c. 19. q. 13. Nec valet dicere cum Bobadilla, hoc statutum respicere bonum commune, tam laicorum, quam Clericorum: nam responderetur cum Azorio, quod licet respiciat bonum commune, non tamen ex æquo respicit Clericos, & laicos: idèd exèpti sunt Clerici; nec sub tali statuto possunt comprehendere. Ad casum verò similem, quem adducit de spoliatione armorum, respondeo, illam sententiam communiter non esse recepta. Adde, quod est dispar ratio inter vtrumque casum: nam in casu armorum probabiliter timeatur damnum tertij, & perturbatio reipublicæ; & ita per modum defensionis, & non punitonis à iudice laico auferuntur: in hoc verò casu non timeatur damnum innocentis; sed solum sequitur bonum commune, ad quod, vt dictum est, Clerici non tenentur, Ergo, &c.

Sup. in Ref. quæ hic est p. 2. tom. 2. disp. 167. c. 4. & Salas de legib. disp. 14. sect. 10. n. 112. clericos, etiam à iudicibus Ecclesiasticis non esse puniendos poena legibus civilibus constituta, etiam si cum eorum statu non pugnet; nam lex civilis poenam ordinariam assignans, non potuit clericos ad eam obligare, non enim habent laici potestatem, & licet Clerici teneantur vt directiua obedire statutis Principum iustis, & in bonum commune ordinatis; non tamen possunt puniri ex transgressione à iudice laico, neque ad poenam vllam ex vi talium statutorum tenentur. Ergo, &c.

RESOL. CI.

An Clerici transgressores legum possint puniri à iudice laico poena pecuniaria à lege constituta?

Et an si Minister laicus auferret annonam, quam Clericus contra legem latam asportaret extra Regnum, incurreret in excommunicationem, & frangeret libertatem Ecclesiasticam? Ex p. 3. tr. 1. Ref. 41.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docent aliqui Iurisconsulti, vt Rebuff. tom. 2. *constit. Gall. tit. de mercat. min. vend. in rubr. gloss. 13. n. 1.* & alij, quos citat, & sequitur Camillus Borrel. in *sum. decis. tit. 43. de foro compet. num. 34. & 35.* quibus ego addo Villadiegum in *insti. Polit. cap. 5. §. 20. num. 66.* vbi sic asserit, agens de iudice seculari, [Puede quitar à los Clerigos las armas defensiuas aunque sean las permitidas à los legos, sin que pueda el Iuez Ecclesiastico apremiar al seglar que las buelua, y restituya y concurrir con el traer armas alguna culpa, puede ser preso para remitirle à su Iuez, y aun condenarle en las penas pecuniarias, quæ disponen las leyes, & in num. 86. sic ait, Y lo mismo si le hallare caçando ò pescando en lugar, ò tiempo vedado, quitandoles lo perros, y amandoyos, y las armas y condenarlos en las penas de la ley: y los perdigonos que hallare en sus casas quitarcelos, auerigando primero que los tengan para caçar, porque puede ser que los tenga para recreacion del canto. Et tandem in n. 90. ita ait: Y si vñasse de peso, ò medidas falsas en el trigo, ò mercaderias que vendiesse, puede ser castigado por el Iuez seglar en las penas pecuniarias.]

2. Sed hæc omnia sunt contra immunitatem Ecclesiasticam, vt tenent DD. quos citauit in *tracl. 2. p. 1. res. 70. 71. & 76.* quibus nunc addo Tannerum in p. 2. *D. Thoma, disp. 3. quæst. 6. dub. 2. n. 26.* Malderum etiam in p. 2. *D. Thoma, quæst. 96. art. 5. §. de Ecclesiasticis. Beccanum in summa Theol. tom. 1. tracl. 3. cap. 6. q. 11. num. 2.* & ratio est clara, quia infringere poenam impositam à lege etiam si sit pecuniaria, est actus iurisdictionis; sed laicus nullo pacto potest exercere iurisdictionem in Clericos. Ergo, &c.

3. Hinc inferitur contra Naldum in *summa ver. Clericus. num. 23.* Menochium tom. 8. *conf. 800. num. 56.* Salzedum in *addit. ad pract. crim. Diaz. c. 66. §. quænis ab hac*, & alios; quod si minister laicus auferret annonam, quam Clericus contra legem latam asportaret extra Regnum, incurreret in excommunicationem, & frangeret libertatem Ecclesiasticam, talis enim actio habet rationem poenæ, & re vera poena est, quam laicus in Clericum exemptum exercere minime potest. Ergo, &c. vide me ipsum in *resol. 15. tracl. 2. part. 1. de immu. Eccles.*

RESOL. CII.

An index laicus possit procedere contra animalia, & pecora Clericorum, & Religiosorum, qua in alienis pascuis reperia fuerunt? Ex part. 1. tracl. 2. Ref. 81. alias 80.

§. 1. **H**anc quæstionem tractant, inter multos Gurr. *Pract. q. 99. lib. 1. q. 4. n. 2.* & Ceual. in *tr. de cognit. per viam viol. p. 2. q. 11. n. 44.* & distinguunt; nam aut Iudex secularis procedit contra personam Clericorum, & Religiosorum, pro executione poenæ statuti, & ordinationis, vel contra ipsa pecora, quæ fuerunt reperia in pascuis alienis, & prohibitis. In primo casu non potest: secus autem in secundo, quando scilicet, procedit contra pecora. Et ita fuisse decisum in Regali Cancellaria Pinciana, & esse de stylo Curiarum secularium, testantur. Idem etiam docet Hevia in *Cw. Philipp. p. 3. §. 17. n. 13.*

2. Sed ego circa præsentem distinctionem semper magnam habui difficultatem, & nouissime illam improbat Barbola in *collecl. tom. 1. lib. 1. tit. 2. c. 10. n. 6.* vbi sic ait: [Statuta laicorum, poenarum condemnationem, & exactionem imponentia aduersus eos quorum pecora damnum dederunt, aut in fructibus, vel

Sup. hoc in Ref. vlt. & supra in Ref. fol. 117. n. 118. & 119.

Sup. hoc in Ref. vlt. & supra in Ref. fol. 117. n. 118. & 119.

Quæ hic sunt supra Ref. 90. & 98. & in aliis earum annotationum.

Quæ hic est Ref. antecedens. & in aliis eius præmissis not.

Sup. hoc in Ref. seq. & supra in Ref. 97. cursum in §. Nota. & infra in Ref. 270. §. vlt.